




De Vives, i Discipulos
pag. 39. 44. 52. ~.
Shany, p. 39.

XVII
1078

EL ILVSTRISIMO DON HONORATO IVAN
DE LA REIC M. DEL SEÑOR EMPERADOR
CARLOS V RO. Y. de España.
DE LA SANTA IELINA DE OSMA.
DEL SERENISSIMO PRINCIPE DE LAS ESPAÑAS
PHILIPPO II.
DE LA SANTA IELINA DE OSMA.

- Libro importante por la vida del Principe
D. Carlos, por los documentos que unieron
entre otros varios de las cartas -



Edición de la obra
de D. Juan de Mariana
Escritor de la Historia
de España.
Última, y auctoral edición.



ELOGIOS

DE

EL ILVSTRISSIMO, Y ERVDITISSIMO VARON

DON HONORATO IVAN,

GENTILHOMBRE

DE LA S.C.C.M. DEL SEÑOR EMPERADOR

D. Carlos Quinto, y Rey de España,

MAESTRO

DEL SERENISSIMO D. CARLOS PRINCIPE DE LAS ESPAÑAS, *Ferreras, tom. 14.*

OBISPO

DE LA SANTA IGLESIA DE OSMA.

Sacados de varios escritos de Autores gravissimos.

AVTORIZADOS

Con diversas cartas Pontificas, y Reales.

Por don Antonio Juan de Centellas, Regente de Valencia.

*Nic. Ant. t. 2.
Bibl. p. 688.*



Con licencia, en Valencia, por Geronimo Vilagrata, en la calle de las Barcas, Año M.DC.LIX.


SENECA

LIB. IV. DE BENEFIC.

CAP. XXX.



HÆC DEBEMVS VIRTVTIBVS,
VT NON PRÆSENTES SOLVM
ILLAS, SED ETIAM ABLA-
TAS A CONSPECTV
COLAMVS.





NOMENCLATURA

AVCTORVM. IN HAC SE.

CVNDA EDITIONE.

1. **A**lfonsus Garcia Matamoros.
2. **A**ndreas Escoto Peregrinus.
3. Alfonso de Villosa.
4. Alvarus Nuñez Cabeça de Vaca.
5. Andreas Resendius.
6. Don Antonius Moralius.
7. Alfonso Oretanus.
8. Aubertus Mireus.
9. Antonius Caceres Patiecus.
10. Don Antonius Augustin.
11. Alvarus Gomez.
12. Benedictus Arias Montanus.
13. Didacus Gracian.
14. Don Ferdinandus Nuñez de Guzman Pincianus.

*

15. Agi

15. **Ægidius Gonzalez de Avila.**
16. **Ferdinandus Carrafa.**
17. **Franciscus Guzman.**
18. **Franciscus Rivera.**
19. **Franciscus de Pifa.**
20. **Gaspar Escolano.**
21. **Gonzalus de Illescas.**
22. **Hieronymus Quintana.**
23. **Hieronimus Samper.**
24. **Hieronimus de Contreras.**
25. **Iuannes Genesius Sepulveda.**
26. **Iuannes Paez de Castro.**
27. **Iuannes Christoforus Calbete de Estrella.**
28. **Don Ioannes Vich.**
29. **Iuannes Verloca.**
30. **Iuannes de Vergara.**
31. **Ludovicus Vives.**
32. **Ludovicus Cabrera de Cordova.**
33. **Laurentius Palmireno.**
34. **Don Laurentius Vander Hammen.**
35. **Don Ludovicus Zapata.**

36. Lucius Marineus Sículus.
37. Marcellus Cervinus.
38. Martinus Biciana.
39. Michael Hieronymus Ledesma
40. Melchior Fuster.
41. Nicolaus Nicolayus Grudius.
42. Petrus Pantinus.
43. Don Petrus de Montoya.
44. Reginaldus Polo.
45. Rodericus Mendez Silva.
46. Terentianus Folch.
47. Villalpandus.



ELO;

36. Lucas Martinus Sicutus
37. Marcellus Cervinus
38. Martinus Bictus
39. Michael Hieronymus Edelms



effigiem,
concessit // Paschalis Chiva Presbyter, 31. Julii, 1770.
rogatu Dⁿⁱ Nicolai Rocafull, commensalis mei.



Don L...
Don L...



Nicol. Antoni?
E. 2. Bibl. Nova
Hisp. p. 688.

ELOGIA
ILLVSTRISSIMI,
AC ERVDITISSIMI VIRI
DON HONORATI
IOANNIS.

ALFONSVS GARCIA MATA:
moros, de Academijs, & doctis viris Hispaniz
in Academia Valentina:



AM, vt Ioannem Gelidam tacitus præte-
ream, quem magno Ludovici Vives testi-
monio, alterum nostri temporis Aristote-
telem liceret appellare; non equidem in-
vitus faciam, vt **NOBILISSIMI VIRI
HONORATI IOANNIS EQVITIS
VALENTINI** illam vnam omnium rerū

Principē doctrinā, quæ sit claro homini digna, atq; eo, qui in Re-
publica velit excellere, quāntum animo conniti potero suspiciā,
& admirer; siquidem præter literas Græcas, & Latinas, & eas
artes, quibus liberales doctrinæ, atque ingenuz continentur. Ci-
vili etiam prudentia vsque adeo præditus est, vt controvertas
merito plus ne literæ in hoc homine, an morum compositio,
& recta animi moderatio valeant; sic verò literarum studio, &
amore

amore arsit, vt multos annos pene puer, procul à domo peregrinatus sit, varias terras, ac regiones obierit, seiunctissimas Provincias peragravit, multarum gentium, ac nationum perlustravit arcana, quæ quantum bonis artibus, & disciplinæ civili attulerint commoditatis, sanè ipse quotidie ostendit in Aula Philippi Hispaniarum Principis, quo circa cum tam multa virtutis, & doctrinæ huius viri, pro foribus Regiæ domus extent exempla, quid serenissimum Principem nostrum retardet non statim Carolum dulcissimum filium, huius cum disciplinæ, tum probitati committere, quemadmodum Philippus olim Macedonum Rex: Aristotelem Alexandro filio tantæ spei Principi doctorem accierit, à quo, & agendi acciperet præcepta, & loquendi: neque tam est his tēporibus Hispania nostra bonis, & eruditis vacua, & spoliata viris, vt nō Academia vna Complutensis, decem possit pro vno Aristotele magnos, & incomparabiles præceptores Carolo puero suppeditare.

IDEM ALFONSVS GARCIA MATAMOROS in scholis *Ælij Antoni Nebriensis* lib. 4. pag. penulti.

HONORATVS ILLE IOANNIVS Latinæ, & Græcæ doctus est in curia Cæsaris: Vives est in Germania; Budeus in Gallia.

DON FERDINANDVS NVÑES DE Guzman, Equestris Ordinis Divi Iacobi Miles, in observationibus ad Plinij historiam ad calcem lib.

36. in editione Salmanticæ facta in corre-

ctione cap. 28. lib. 10.

Plinij.

HVius correctionis Auctor mihi fuit **HONORATVS IANIVS** inter Proceres Aulicos, Maiorum splendore, formæ dignitate, singulari doctrina, admiranda facundia, multif-
que

que alijs titulis clarissimus: vt maximo iure videatur natura pre-
cia secundum Platonis cratillum tantorum eius meritorum HO-
NORATI nomen summo, & incomparabili viro indidisse.

IOANNES GENESIVS SEPVL-
veda in scholiis ad Aristotelem de Republi-
ca lib. 7. cap. vlt.

CEltas vocat Aristoteles quos interpretes Gallos vertit publi-
cam sententiam consuetudinemque secutus suspicor ta-
men Aristotelem, Celtarum nomine Germanos significare,
non solum hoc in loco, sed in quibusdam alijs: nam quod hic Ari-
stoteles de Celtarum moribus refert, idem Cæsar in commenta-
rijs, & Mella de situ orbis de moribus Germanorum memo-
rant, & quod Aristoteles lib. 3. Ethicorum tradi refert Celtas,
nec in terræ motu, nec in maris tempestate timere multo magis
Germanorum naturæ convenit quam Gallorum: quam mihi
suspicionem movit **HONORATUS IOANNES VALENTI-**
NVS VIR DOMI NOBILIS, Græcæ, & Latinæ doctissi-
mus, cum quo propter egregiam eius eruditionem, & humani-
tatem libenter soleo sermones, tum familiares, tum etiam litera-
tos conferre.

IDEM IOANNES GENESIVS SE-
pulveda lib. 3. epistolarum, epist. 33.

IOANNES GENESIVS SEPVLVEDA
HONORATO IVANNI S.P.D.

DEderam ad te iam pridem literas circiter Kalendas De-
cembris opinor, simulque miseram epistolam Latine scrip-
tam, quam Philippo Principi nostro redderes: sed nec à te, nec ab
alio copiam amicorum remissas literas accepi, nam te certe accep-
tis literis nihil rescripsisse adduci non possum: novi enim huma-
nitatem officiumque tuum, sed aut meas tibi non esse redditas,
B

aut tuas ad me non esse perlatas hyemis forsitan magnitudine interclusis itineribus; tantas enim aquas tamque diu continuatos imbres in his regionibus nemo est, ut arbitror, qui viderit. Itaque in magna rerum Aulicarum ignoratione iam pridem versor, quod me vehementer anxium habet, scire cupientem res Caroli Cesaris, quo in statu sint, bellum ne gerat anni durissimo tempore, qui nullas difficultates solet exhorrescere, aut magnopere vitare; an sibi militibusque pareat in hyberna deductis: quid agat Philippus Princeps, redierit ne in gratiam cum musis, a quibus studio hyminei nonnihil alienatus esse videbatur; nam si partium causa perstat in simultate nihil est quod studij literarum ad ministri propere mus præsertim in tanta itinerum difficultate altissimis vbiq̃ue fluminibus, rapidissimisq̃ue torrentibus, & ut reor ad Orospedam, iugaq̃ue Segoviensa altissimis nivis impeditorum: suspelo igitur animo tuas literas expecto ex quibus valeam consilij mei rationem moderari; si quæris quid interim agam nihil certi minus quam quod putaveram præter studiorum quasi legitimum pensum, mihi erat in animo ædificia capta perducere lerere arbores, ac ex plantarijs semina radicata transferre; nihil horum permittit pluvijs durissima hyems ego vero, quod pertinet ad ædificia absolutis etiam timere cogor, ut constant magna ex parte more nostræ gentis antiquo parietibus formaceis; quos sine maga sane causa magnopere demiratur. Plinius secundus multum scilicet de sua admiratione remissurus si ei accidisset, ut tali copiam anno imbribus eos pervictos passim ruere conspiceret: Pontifici Cartaginensi quem nuper missis literis pro mea singulari in ipsum observantia salutandum curaveram, tu quoque meis verbis dices plurimam salutem. Vale pridie non. Feb.

IDEM SEPVLVEDA EPISTOLA.

lib. 7. epistol. 96.

AD quam quæstionem non ex tempore, sed meditata respondebo, quæ iam pridem respondi, cum Alexius Venegas, vir non solum humanioribus literis in primis eruditus, sed

5
sed etiam in studio, Theologiae versatus Matrini apud me in colloquio familiari, & eodem literario cui HONORATUS IOANNES VIR NOBILIS, & doctissimus aderat id ipsum Aristoteli obiecit.

ANDREAS SCOTO PEREGRINUS in Bibliotheca Hispaniae in 5. classe Valentinorum.

HONORATUS IOANNES Eques Valentinus praeter literas Graecas, & Latinas, & eas artes quibus liberales doctrinae, ac ingenue continentur Civili etiam prudentia, usque adeo ornatus HONORATUS extitit, ut nescias plus ne literae in hoc homine an morum compositio, & recta animi moderatio, formaeque dignitas, & admiranda facundia valuerint: laudatus, & hic cum Ioanne Gelida, a Vive Ludovico, & Ioanne Genicio Sepulveda, extremo lib. 7. comment. in Politica Aristotelis; & Ferdinando Pinciano in Plinium, ut maximo inquit iure videntur natura praescia, secundum Platonis cratylum, tatorum eius meritorum HONORATI nomen summo, & incomparabili viro indidisse: eiusdemque disciplinae commissus a Philippo Secundo Hispaniarum Rege Carolus filius Regnorum haeres, quo refractarios eius mores correpta indole refrenaret. Post Vixamentis est virtutis ergo Praesul renunciatus: scriptaque eius delitescere adhuc existimantur nihil enim vivus evulgavit.

IDEM ANDREAS SCOTO IN DI-
cta Bibliotheca Hispaniae.

Inter multa, & magna elogia Ludovici Vives refert quod vltus est amicitia HONORATI IOANNIS (quem, & docuit.)

FRAN-

FRANCISCVS GOTMANVS

in tractatu de Zelibatu Ministrorum

Altaris sacrorum, fol. 3.

Reverendissimo Illustrique admodum Patri HONORATO IVANNI Oxomensi Episcopo serenissimi, ac Christianissimi D. Caroli Hispaniarū Principis iure optimo Præceptoris frater Franciscus Gotmanus Franciscani instituti professor, & Castellæ Provinciæ filius divinique verbi indignus concionator salutem, & pacem cum votis in omnibus foelicitatem exoptat.

Tanta ab ineunte Ecclesiæ ætate Præsul observantissime fuit hæreticorum audacia, atque temeritas, vt in cœlum haud vererentur spurcum os ponere suum, & suam maledicam in terram transire linguam, &c. Cogitâti vero mihi quo Meccenate labor meus per vastum huius mundi campum à fugillatoribus, & irrissoribus securus abiret protinus in mentem venisti, & tamquam divino missus oraculo extensis (vt aiunt) vlnis te omni pollentem virtute recipi, tali enim Patrono certior factus quod ori, quorum nativum est aliorum scripta in sinistram interpretari partem ingenium silentium imponetur. Alacri vultu patrocinijs obsecro suscipias munus ad quod obeundum cum inter cunctos vita, & moribus ornatissimos, & literis omnigenis præclarissimos ornatior, & præclarior selectus Serenissimi Caroli Hispaniarum Principis Magistrum ageres, & ego Compluti cum isdem Christianissimus Princeps ibidem cum sua remoraretur Curia guardianatum obirem quantum tibi fuerim obsequentissimus, & commilitonibus tuis charus, & potentissimo Principi gratus, meminisse iuvavit: Vale Præsul religiosissime Oxomensis sedis, & decus, & ornamentum, Toleti, anno Domini M. D. LXVI. Die vero Iulij decimo.

IDEM FRANCISCVS GOTMANVS
in lib. de calibatu ministrorum altaris in 2.
æditione. anno 1569. in epistola
dedicatoria.

Librum de ministrorum altaris calibatu prælo eudendum tradidi, & **EPISCOPO EXOMENSI** de cunctis benemerito literis, mihi amantiſſimo Sereniſſimi Caroli Hispaniarum Principi Magistro dicavi. Proh dolor! Infauste sane, & mihi, & libello accidit, nam cum ad ipsum percursorum munusculum mitterem itineris medio vianti compertum fuit colica vita decelsise opere in viso. Et sic detritutus Patrono mansi quod mihi profecto, & libello infaustum in foelix que fuit, & non modo mihi verum toti Ecclesie, quoniam cum genere, vita, moribus, exemplo, & omni generis literis clarus esset, expectabatur, cum ab omnibus perillustre monumentum Ecclesie præstiturum.

LVDOVICVS VIVES TOM.
1. in exercitatione linguæ Latinæ. Va-
rius Dialogus de Vrbe Valen-
tina pag. 51.

Est ne ille qui mala vehitur **HONORATVS IVANNIVS;** non vt arbitror, nam vnus ex meis pueris, qui cum modo convenit reliquit illum ab dentem, se in Bibliothecam suam, qui si sciret nos vna esse non deesset haud dubie nostro sermone, & nostris ludis seria sua post haberet.

IDEM LVDOVICVS VIVES
Tomo 2. in præfatione ad tractatum de officio mariti pag. 594.

Cum quibus admirabili consensu congruebant, quæ hic mihi de te narravit **HONORATVS IVANNIVS** Civis
C no ter,

noſter adoleſcens natus a d maxima : & (vivat modo, ac peragat qua cœpit) futurum aliquando lumen noſtræ Civitatis. Hic quam exiſtimationem de te ex epistolis extranei conceperam, commemoratione ſua crebra, auxit.

LVCIVS ANDREAS RESENDIVS

de antiquitatibus Luſitaniæ lib. 3.

MAnent adhuc in Luſitaniâ aliquot monumenta milium Romanorum, qui in Viriatino bello occiſi ſunt, vt in territorio Eborienſi, Pomarienſi prædio, hoc, cuius ego teſtis ſum oculatus.

L. SIL. SABINVS. BELLO. CONTRA. VIRIATVM. IN EBOR.
 PROV. LVSIT. AGRO. MVLTITVDINE. TELOR. CONFOSVS
 AD C. PLAVT. PRÆT. DELATVS. HVMERIS. MILIT. H. SEP.
 E. PEC. MEA. M. F. I. IN. QVO. NEMIN. VELIM. MECVM.
 NEC. SERV. NEC. LIB. INSERTI. SI. SECVS. FIET. VELIM.
 OSSVA. QVORVMCVMQVE. SEPVLCHRO. MEO. ERVI. SI. PA-
 TRIA. LIBERA. ERIT.

Id eſt:

LVcius Silo Sabinus, bello contra Viriatum in Eborienſi Provincia Luſitaniæ agro multitudine telorum confoſſus, ad Caium Plautinum Prætoſem delatus humeris militum, hic ſepultus eſt, pecunia mea mihi fieri iuſſi in quo neminem velim mecum, nec ſervum; nec liberum inſeri. Si ſecus fiat velim oſſua quorumcumque ſepulchro meo erui. Si patria libera erit.

HONORATVS IVANNES Valentinus, vir, & natalibus, & luculenta eruditione nobilis, & hoc, & tria, quæ ſubjiciam à Floriano Campenſi accepta, mihi Olyſippone oſtendit. Sed ego illi hoc emendatius tradidi. Alterum etiam ibidem ſimul inventum eſſe narrabat, quod ego etſi diligenter perquiſivi; hætenus tamen invenire non potui; eſſe autem ferebat iſtiusmodi.

Q. LON

9
Q. LONGINVS. TARTAREO. ABSORT. HIATV. ANTE
TEMPVS ARM. HOST.

IN. CAMPIS. LVSITANIÆ;

M. REGVLVS. TRIB. MIL. MAR. SARCOPH. OSSA. CONTE-
XIT. VALETE. MILIT. ROMANI.

Hoc est:

Quintus Longinus Tartareo absortus hiatu; ante tempus armorum hostilium, in campis Lusitaniae Marcus Regulus Tribunus militum marmoreo sarcophago ossa contexit. Valetate milites Romani.

Et hoc prope Visam urbem.

L. ÆMIL. L. P. CONFECTVS. VVLNERE HOC SVB
NIGIDIO. COSS. CONTR. VIRIATVM LATRONEM
LANCIENS. QVORVM. REMP. TVTARAT. BASIM.
CVM VRNA, ET STATVAM IN LOCO PVBLICO EREX.
HONORIS. LIBERAL. QVE ERGO.

Hoc est:

Lucio Æmilio Lucij filio; confecto vulnere hostili; sub Nigidio Consule contra Viriatum Latronem, Lancientes, quorum Rempub. tatarat, basim cum urna, & statuam in loco publico erexerunt honoris liberalitatisque ergo.

Hoc quoque neque ego vidi, neque C. Nigidum Consullem Viriatino bello fuisse invenio, nisi consulari potestate bellum gessisse dicamus, quem à Viriato oppressum dicit Plinius. Fertur etiam testamentum Galli Favonij, quod retulit Marlianus in urbis descriptione in Lusitania repertum, quod ab Iacobo Simoneta Pisauriensi Episcopo, & Rotz Auditore, se accepisse ait in hæc verba:

EGO

EGO GALLVS FAVONIVS IVCVN-
 dus P. Favonij F.

Qui bello contra Viriatum occubui, iucundum, & puden-
 tem filios à me, & Quintia Fabia coniuge mea ortos, & bo-
 norum Iucundi patris mei. & eorum quæ ipse mihi adquisivi, hæ-
 redes relinquo; hac tamen conditione, vt ab vrbe Roma huc ve-
 niant, & ossa hinc mea intra quinquennium è Lusitania expor-
 tent, & via Latina condant, in sepulcro marmoreo iussu meo
 condito, & mea voluntate. In quo velim neminem mecum, ne-
 que seruum, neque libertum inferi, & velim ossa quorumcunque
 sepulcro statim meo eruantur, & rura Romana seruentur, in se-
 pulcris, ritu maiorum retinendis voluntate testatoris. Et si secus
 fecerint, nisi legitimæ oriatur causæ, velim ea omnia quæ filijs meis
 relinquo, pro reparando templo Dei Silvani, quod sub Viminali
 monte est, attribui. Manesque mei à Pontifice maximo, & à Fla-
 minibus Dialibus, qui in Capitolio sunt opem implorent, ad libe-
 rorum meorum impietatem vlciscendam. Teneanturque Sa-
 cerdotes Dei Silvani me in urbem referre, & sepulcro meo con-
 dere. Volo quoque vernas qui domi meæ sunt omnes à Prætorè
 Urbano liberos cum matribus dimitti, singulisque libram argen-
 ti puri, & vestem vnam dari: in Lusitania in agro. viij. cal. Quin-
 tileis bello Viriatino.

Testamentum hoc paulo diversius mihi. HONORATVS
 IOANNES Floriani Campensis manu descriptum commu-
 nicavit hoc modo.

EGO GALLVS FAVONIVS IVCVN-
 dus L. F.

QUI. BELLO. CONTRA. VIRIATVM. OCCVB. ET PVDENTEM,
 FILI. EX TEST. HÆR. RELINQVO. ET BONOR. IVCVNDI.
 PATR. MEI. ET EOR. QUÆ. MIHI. ADQVISIVI. HAC TAMEN.
 CONDITIONE. VT AB VRBE. ROMA. HVC. VENIANT. ET
 OSSA. MEA. INTRA. QVINQVEN. E LVSITAN. EXPORT. VIA.
 LATINA. CONDANT. SEPVLCH. MARM. COND. MEA.
 VOLVNTATE. SI SECVS. FEC. NISI. LEGITIMÆ. ORIAVT.

CAV.

CAUSÆ. VELIM. EA: OMN. QUÆ. FILII. RELINQVO. PRO.
 TEMPLO. DEI. SILVANI. REPARANDO. ADTRIBVI. MA-
 NESQVE. MEI. OPEM. A PONT. MAX. ET ELAMINVM.
 DIAL. QVI. IN. CAPITOLIO. SVNT. IMPLORENT. AD.
 IMPIET. CONTRA. FILI. VLCISCENDAM. TENEANTVRQVE
 SACERD. DEI. SILVANI. ME. IN. VRB. REFERRERE. ET
 SEPVLCH. ME. COND. VELIM. QVOQVE. QVOTQVOT.
 DOMI. MEÆ. VERNÆ. SVNT. LIBEROS. A PRÆTORE. CVM
 MATRIBVS. DIMITTI. SINGVL. QVE. LIBERAM. ARG. ET VE-
 STEM DARI ACT. vj. KALEN. QVINT....R. GALBA. Q. AVREI.
 COSS. DECVR. TRANSCVDANI. HOC. TESTAM. ORE.
 EIVSD. GALLI. FAV. EMISS. LAPIDE. IVSSERE. ADSCVLPI.

BENEDICTVS ARIAS MONTANVS

tom. 3. Poematum initio lib. 4. Rhetor
 ricorum.

QUÆ causæ, quibus eruere argumenta, locisve
 Qua serie inventis uti; quæ verba petisse
 Conveniat, quibus exornent; & omnia formis
 Diximus, & quales fines quæque vltima poscant.
 Nunc oratorem qualem, quantumque patronum
 Optemus, facile expediam tibi carmine tantum.
 Tu quæ adeo, quem nostra colit celebratque camæna
 Adsis præclarum cui dat sapientia nomen
 Hesperix decus eximium DOCTISSIME IANI
 Quem pietas, quem sancta Deum reverentia magnum
 Efficiunt, quem rara facit doctrina colendum,
 Qui cunctos virtute trahis, sermone disertio
 Perducis, magnoque tibi coniungis amore.
 Te expectata diu probitas est cognita multo
 Tempore, & assiduo exemplo sapientia diva
 Sublimen excelsis, IANI, posuere cathredis,
 Et formanda tuo exemplo monitisque dedere
 Pectora, mentem, animumque excelsi Principis inquem

D

Incum;

Incumbet moderanda olim pars maxima mundi,
 Namque vbi dispositis per Regia gesta, Philippus
 Decedet serus terris, & Sydera tandem.
 Pondere lassatus rerum, melioraque Regna
 Adque decus cœli meritum, æternaque coronas
 Sponte petet lætus vita satiatus, & annis;
 Carolus Imperij moles, & pondera Regni
 Sulcipiet referetque, & avum, referetque Parentem
 Hesperix desiderium, numen quoque duplex.

O tibi quæ doctum tentabunt gaudia pectus
 Cum cello vectum curru grandævus alumnum
 Cum videas nixum solio, cum scepra tenentem
 Cumque iam magni, duce te, moderamina Regni
 Iustitiam, atque fidem didicit, divumque timorem
 Excercere paret, præceptaque sancta referre,
 Pectoreque tenero nunc IANI sculpis, & alte
 Insinuas, Regemque paras formare futurum
 Da facilem mihi Te, vatique ignosce volenti

☞ Artibus ex multis, quibus es Tu maximus, vnam
 Dicere, & ingenuos animos, mentesque docere
 Et patere hic dum Oratorem depingere conor

☞ Te mihi præsentem fieri, exemplarque colendum
 Dede tuum. Nam si vultus, verosque colores
 Expressisse tuos nobis iam forte negatum
 Ingenij culpa, exigua, & virtutibus artis,
 Si tamen, & prima s̄mbras ductasque moremus
 Invariata tuo figentes lumina vultu.

☞ Hoc sat erit: non vt IANI componere laudes
 Et faciem finxisse ferar, sed vt optime dicar
 Iple Oratoris posuisse exempla disertis
 Iamque alij vates, quibus & natura benigno
 Carmina concessit fluxu tua factâ canendo
 Effigiesque Tui veras miranda parabunt
 Edere longinquis etiam spectacula Regnis
 Æternaque suo capiti peperisse coronas

☞ Certabunt tua facta omnes, laudesque canentes,
 Diviti materia inventa, cunctisque parato
 Munere, & ad facilem palmam, laurosque vocante

Nec

13
Nec minor hæc sit cura mihi, si carmina Musæ
Vberiora dabunt, & tantis commoda votis.

Et infra ibidem.

SI tamen exoptas memoris miracula mentis,
Et cupias animo mortalem excedere sortem,
Par superis meminisse velis; mea carmina nunquam
Id tibi monstrabunt: nec enim divina monemus.
Nec mollimur opus nullis imitabile, quando
Ingenio id fuerit nostro, nostrisque negatum
Viribus, & nulli contingere vidimus vnquam.
Præter HONORATVM DOCTVM, cui numina tantum
Concessere animi virtutum ac tanta dedere
Munera, quanta olim tanta docuere Magistrum
Principis, & quæ etiam nullis cognovimus ante
Exemplis, & quæ nostri meminisse nepotes
Non poterant, exempla suis sentire diebus.
O quoties Meccœnatem hunc miratus, ab ipso
Sydere, quo tellus pallentes discutit umbras
Donec in occiduo demergitur equore Phœbus
Officio adstantem vidi; cum plurima turba
Hunc adit, atque scholas certatim adcurrit ad eius;
Quique colunt Musas quæ is sunt sacra carmina curæ
Qui studium excercent linguæ eloquiumq; desertum
Quosque tuum Phœbe, inventum medicina salubri
Detinet auxilio, quos publica iura forumque
Excercet, iamque Astrorum mundi que periti
Hic orbem, hic maria, ac terras nutantur, & alte
Tempora discutiunt, motus quos Sydera toto
Fixa polo servent; atque hic quem maxima rerum
Delectat natura parens, causasque notare
Cogit, & in rebus elementa inquirere cunctis:
Aptat, & intonsi pertractat Apolinis artem
Non pictor, non, & sculptor, seu marmore, sive
Ære sacros ducat vultus divûmque figuras,
Et veterum Artificum certet superare labores
Hic cessat: non ingenij quicumque probati.

laude

Laude aliqua, nomen pulcrum, fama mque tuetur.

➔ Omnibus ille vacat gratus, cunctosque tuetur

Officioque fovet docto, & certissima reddit.

➔ Responfa, in quacumque illum quis consulit arte.

Iamque adeo quisquis divina oracula sacris

Scripta voluminibus celebrat, legesque frequentat,

Et montis divum, vatumque arcana piorum

Huc conferre solent quidquid didicere legendo

Hinc petere abstrusos sensus quicumque latere

Et fugere humanam mentem ingeniumque videntur.

➔ Ipse ego saepe domum (fateor) miratus, & altum

Ingenium, doctasque magis meliorque redibam.

➔ Vnde tibi tantum mentis **DOCTISSIME IANI**

➔ Vnde fluens indefesso Tibi pectore torrens

Dicendi? Vnde, & tot spatia, & tot tempora rebus

Discendis, quando, & Marti bellisque vacabas?

Vnde recordandi vires, & cuncta locandi

Ordinibus proprijs, vt non confusa ferantur

Vt prodas, mox quaesitus, non omnia tantum.

Momenta, & methodos omnes quaeque artibus insit

Materias, sed scriptorum Tibi pagina multa.

Auctoresque ipsi certo tibi ore citentur,

Seu Graio sermone petam, seu forte Latino,

Seu Tusco, sive, & Gallo? Nam plurima lingua

➔ Ore sonas facilis discrimina, quae Tibi magni

Invideat Ponti Princeps: namque ille disertus

Bis duodena suis totidem distantia linguis

Iura dabat populis, quos sub ditione premebat

Hoc ego temporibus modo non imitabile nostris

➔ Quod tibi foelici donabant numina sorte

IANI non vllis componam versibus vnquam

Hae superos poscenda puto, non arte petendo.

Cogit, & in rebus electis inducere cunctis:

Adit, & intonsi perterriti A polnis strepit

Non pictor, non, & sculpsit, seu in amore, sive

Et factos ducit vultus divinusque figuras,

Et veterum Aristicum ceteri laborare labores

Hi cessat: non ingenij decemque prepat

ELI

ILLVSTRISSIMVS DON ANTO-
nus Moralius Episcopus Mechoacanensis in
Annotationibus marginalibus ad lib. 4.
Rhetoricorum Benedicti Arias
Montani.

In versu

Hesperie decus **EXIMIUM DOCTISSIME IANI!**

☞ **HONORATVM IANIVM GENERE NOBILISSIMVM**
 Caroli Hispaniarum Principis Præceptorem hoc in libro lau-
 dat, & oratoribus imitandum proponit.

Et in versu.

Te mihi præsentem fieri, exemplarque colendum.

Translatione ex pictura deducta extenuat ingenium suum, &

☞ **HONORATI** laudibus celebrandis impar esse fatetur.

Et in versu.

Invideat Ponti Princeps, namque ille disertus.

Ad Metriadem alludit cunætarum linguarum peritum!

PETRVS PANTINO IN LIBRO
Græco Latino Proverbiorum
Græcorum.

Olim Episcopū habuit Didacum Azebédium qui vna cum
 Sæcto Dominico contra Albigenes disputavit obiitq; an-
 nō 1207. nostra memoria Episcopum habuit **EGREGIE DO-**
 ☞ **CTVM VIRVM HONORATVM IOANNIVM VALEN-**
TINVM à Ludovico Vive celebratum Præceptorem a studijs
 Caroli Principis Hispan. Philippi Secundi Ejisita coniuge
 filij.

IOANNES VERCOSA LIB. 1. SVA-
rum epistolarum ad HONORATVM
IOANNIVM.

Formator doctæ, & moderator rectè **IOANNI**

E

Princi-

Principis Hesperiaz, spes in quem tota recumbit;
 Summaque tantarum rerum: quid agis? Quibus illum
 Nobis exerces studijs, & moribus ornas?
 Non etenim penna m satis est aptare, manumq;
 Ad formas elementorum, nisi noverit idem
 (Vt fert illa ætas) Regnis non esse beatos
 Fortunisq; homines: pietatem ante omnia discat
 Atque omnes vera pro Religione labores
 Et subeunda putet discrimina. Personet intus
 Hæc vox, incideatque imo sub pectore fixa
 Vivos si monitus invitis auribus aurit
 Dic libris tanquam fides auscultet amicis
 Decerpaturque illinc bella præcepta gerendi
 Servandique suos, quæ Regis maxima virtus;
 Pergat, & averfus pravus, properetque benignus
 Omnibus esse bonis; mitti gravitate verendus
 Non fastu tristi, non formidabilis ira,
 Deinde voluptates in maiestate suprema
 Ducat præcipuas, quæ sint ab rebus honestis
 Exemplar cum sit populus, & regula vitæ.
 Evadit se dignus avo, dignusque parente
 Carolus: ut laus sit summa indolis, ampla futura
 Gloria doctrinæ, quod Iberia, & Austria, & omnis
 Christoculum tibi devinctum se sentiat orbis.

ANTONIVS CACERES PATIECVS

in libello de Prætura Urbana.

HONORATO IOANNIO CAROLI

Principis Meritissimo Magistro. Antonius

Caceres Patiecus. S.

Libellum hunc de Prætura Urbana duabus de causis statui
 tibi dicere **HONORATISSIME HONORATE**. Prima
 quia cui nobilis nisi nobilissimo, studiosus nisi eruditissimo dica-
 rem non occurrebat? Altera quod cum hæc à me qualia qualia
 sint in usum Reipublicæ scribantur, per quem alium nisi per te tra-
 di, &

di, & tanquam insinuari Carolo Principi possent, quod non inhabile prorsus futurum arbitrabar, non videbam, ac primum de nobilitate tua non dicam quod apertissimum sit te longa maiorum retro serie generis splendore nobilitari, neque de literis, & eruditione, quia singularis tua modestia nihil minus ferre potest quam vel modestissime laudari: Græcè, & Latinè scire te nemo melius potest: in Mathematicis, & Astrologia assequeris tu Reges illos admirabiles, & præclarissimos Ptholomeum Ægypti, Hispaniæ Alphonsum: in Philosophia, vel quæ regulam tradit differendi vel quæ de natura disputat, vel quæ versatur in vita hominum, & moribus, parem habere tu fortasse potest, superiorum non potest. Iam vero quantum inter sit Reipublicæ ut is qui sceptrum gesturus est præcepta, quæ ad statum, & conformationem civium attingat, vel cum lacte nutrias imbibat exploratum habemus. Quæ in re præcipuè tibi magis in eo est vel propterea elaborandum, quod optimè hæc Caroli Principis indoles non solum te instituto re tranquillum, & foelicem statum rebus publicis, sed ipsimet quoque adolescenti Regi literarum vberimos, ac vere Regios non qualis imperitas vulgus amat, sed quales esse debent proventus polliceatur. Quid enim tam verè Regium, quam literarum non perituris divitijs, non modo privatis hominibus sed Regibus ipsis antecellere; quare perge, ut coepisti, & in eam curam incube ut præstantissimam istam alumni tui admirabilemque naturam, ita instituas, atque informes, ut is qui dignitate, & imperio viris Principibus excellit, disciplinarum cognitione eruditissimis par esse videatur. Sed interim munusculum nostrum (quæso te) eo animo accipias quo solent accipere tui similes munera quantumvis levia, ab amicis testificandi animum causa quæ offeruntur.

Vale.

ALPHONSVS ORETANVS IN EPI-

stola ad Antonium Caserem Patiecum

in lib. de Prætura Urbana.

AT que utinam ad eam ætatem Philippi Regis vita excurrat, ut quas tu introduci cupias gerendæ Reipublicæ rationes, quasque ipse præclare in nobilium Prætorumque virorum ratione potissimum habenda inchoavit in longa Regni administra-

tione

tione constiture, ac explicare possit, easque altioribus radicibus nixas in Carolum filium Principem alteram Hispaniæ spem propagare, qui ab HONORATO IANNIO omni virtutum genere, rarissimaque optimarum artium doctrina ornatissimo viro maximaque divini plane Regij pueri ingenij erudiendi, moderandique facultate, quæ in homine summa est, si unquam in illo fuit, institutus crescit, suavioresque in dies mores mirabilioresque sui expectationis excitat.

MICHAEL HIERONYMVS LEDES-

ma in Græcarum institutionem compendio folio 94.

Cento Homericus de Christi passione ad insignem nostrum patritium DO. HONORATVM IOANNIVM vtraque lingua doctissimum, & nostratum lumen per Michaelem Hieron. Ledesma Medicum.

NICOLAVS NICOLAIVS GRVÆ-

dus Belga.

Ad

HONORATVM IOANNIVM VA-

lentinum. Ex libro nuncupato Enchiridion exarato propria manu Illustrissimi Episcopi Segobienfis, & Præsidis D. Didacus à Covarruvias recondito in Bibliotheca celeberrimi Collegij maioris apud Salmanticenses Sancti Salvatoris ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino

Episcopo Oventensi con-

structi à fol. 186.

ME sine, ad Patrias redibis oras

Atque arva Hesperix Beata terræ

Qua ferum possuit cubile Titan.

Fidus magnanimo Comes Philippo

Ibe-

Iberum decus vnicum virorum
 Quicumque Aonias amant choreas
 Docte, & Palladis vna cura IANI
 HONORATE animi mei voluptas
 Quo nihil doctius, eruditiusque,
 Aut Tagus colit, aut mirax Iberus
 Quo Valentia gestiens alumno
 Despectat reliquas, superba, terras;
 Ac tecum Hesperias revilet vrbes,
 Qui te diligit, vt suos ocellos,
 Et Grais bonus, & bonus Latinis
 Iucundus simul, & simul venustus
 Gonzalus tuus, atque Garfilasus,
 Et qui pro meritis tibi rependat
 Amorem Benavidius perennem
 Et qui delicias tibi facetas
 Augustissima domus dedit venustas
 Facundus Hieronymus Labellis,
 Et qui Phœbicolos viros honorat
 Clarus artibus ipse mox futurus
 Petrus ille Abile propago stirpis
 Et tu flammigeri beata coeli
 Totam Regia se cui reclusit
 Doctor vnicæ præpotentis aulæ
: Pater, cui reclusa
 Tot oracula præscium virorum
 Datum, & Verbigenam expedire **Christum,**
 Et notus lepidis simul camænis
 Iucundusque simul, simul venustus,
 Et Grais bonus, & bonus Latinis,
 Nostram, qui solet approbare Musam
 Nec lusus patitur perire nostros
 Ditis gloria Stella Barcinonis
 Seu mavult patrio sonare plectro
 Doctos Hendecasyllabum Lepores
 Seu gravis latio intonat cothurno
 Magni, postera quæ stupescat ætas
 Facta Principis, & sacros triumphos

E

Nec

Nec me monticulis deis caudentem
 Inter Naiades, & leves Naxas
 Nec muscosa per antra garrientem
 Vocalem mutilata verba divam
 Sub nigris frusticum audies latebris,
 Nec per gramine prata mollicelo
 Umbrosis spatiaberis salictis
 Parvus Guaxara qua virente ripa
 Et pellucidulis decorus vndis
 Levi murmure, blandulum susurras
 Dulci, & gutture personant volucres
 Nec mecum zephiri recentis auras
 Captabis nemorum vagans opacus
 Conis Pomiferum, vel inter alta
 Quercus robor, patulaeque fagos
 Antiquae sylvae, & cavos recessus
 Sacros veneri, & novum Deabus
 Lato, & domino novem Dearum,
 Et qui corda ferit furore dulci
 Aeternum volucris sacros amor
 Ergo cui potero mea calores
 Et quæstus legere improbos iuvenes
 Nostris cui libeat vacare Musis?
 Emendare meos cui labores
 Seu quæ seria seu iocosa tracto
 Ut nuper tibi? Dum mei pererras
 Alsimbergiaci hortulos amœni
 Et gratos teneris agros Camœnis
 Inter murmura sub strepentis vndæ
 Seu quæ Virginæ dicata divæ
 Quam penes nemorū manet potestas,
 Et quæcumque nemus colunt ferarum
 Senis exsilet illutosa cannis
 Seu quæ frigidulum citans soporem
 Horarum didicit notare cursus
 Seu quæ publica publicos in usus
 Deducta irriguo fluit liquore
 Quo sæpe à rapido levatus astu

Fave

Pave dum posito sedet viator
 Fœlices mihi comprecatur annos
 Aut qui cum salibus lepore tinctis
 Argutisque iocis, nec in facietis
 Alternare queam severa dicta?
 Hinc quæ Socraticæ tibi libelli
 Et partu celebris stagira docto
 Præceptisque Panæcius disertis
 Et scholæ Argolicæ verenda turba
 Hinc penes locuplete liberalis
 Arpinas latio senex ministrat
 ➔ Nam te quis melius peritiusve
 Nexu flexibile, & tenace vinclo
 Tortos ancipitesque syllogismos
 Nodos irrefolubilesque solvat?
 Extricetve sophisticas quærelas?
 Explanetve poeticos libellos
 Deum progenies, Deumque amores?
 Scito compositas tot, & fabellas,
 Et tot mystica sensa subfabellis?
 Aut quid historiarum vetustioris
 Mores, nomina, temporumque lapsus?
 Orbis quis varios perinde tractus
 Leges, Legiferos viros, monetas
 Reges, Imperium, Vagasque gentes,
 Duces, prælia, funera, & trophæa,
 Montes, æquora, flumina, paludes,
 Arces, Oppida, viculos, colonos
 ➔ Ore doctius explicet rotundo?
 Aut quis dexterius certiusve
 Collapsos veterum gravique præssos
 Sub caligine procidentis ævi
 Nube, & temporis obrusos labores
 Si tu vindicat? Eruit? Reponit?
 Sanat? Restituitque? reficitque?
 Primævo iterum pollic nitore?
 Communis merearis ut vocari
 ➔ Parens iam veterum novus virorum

Quis

Quis Mathematica rectius, quis artes
 Callet omnigenas? Semelque totum
 Naturæ genium tenet potentis
 Tu tamen patrias redito ad oras
 Atque arva Hesperix beata terræ
 Qua serum posuit cubile Titan.
 Quo te Carolus orbis Imperator,
 Quo te magnanimus vocat Philippus
 Neptuno, & facili favente cœlo,
 Tutus per tumidas veharis vndas
 Vdæ ad litora rauca Barcinonis
 Stellam qua reducem suum manentes
 Coniux anxit parvuli que nati
 Occurrent bibulas ad vsque arenas;
 Et vngent cupidi hinc, & hinc lacertis
 Figent oscula que hinc, & hinc labellis
 Spargent fronde solum simul virenti
 Nectent tempora floreis corollis
 Et mytti teneræ comas honore.
 Hinc mox ad patriam meabis urbem
 Et Valentia te beata cernet.
 Fœlix illa quidem, & beata Merce
 Quam metet procul, hinc Eous, illinc
 Mollis quos zephyri fovent tepores
 Tot virilque beata literatis
 Sed fœlix magis, & magis beata
 Et tanto mage gloriosa nato
 Magne, & collibus invidenda Romæ.
 Hinc tecum Comites eant amici
 Hinc læti excipiant reversum amici
 Stipatusque sodalium corona
 Vernantes oleas, & inter aureas
 Citros, floribus, vsque candicantes
 Narrabis cupidis tuos labores
 Erroresque viæ laboriosos.
 Surite veteri meo sodali
 Germanique animæ mei secūdi
 Resendoque Sepulveda que magnis

Quorum nomina nulla tollet ætati
 Ac dum singula te iuvat referre
 Et Lugubria temperare lætis
 Forſan nec meminiffe te pigebit
 Alſimbergiaci mei venuſti.
 Ipſe, & pars fuero tuæ loquelæ
 Sui, & carmina Belgici Poetæ

☞ Docto IOANNIVS approbavit ore
 Sed Germania te prius diſſertum
 Te Saturnia terra, terra vatam,
 Te Tybris Pater, arduæque turreſ,
 Urbis Romulæ, & ſuperba templa,
 Patres purpurei Sacer Senatus,
 Et quem commiferans propinqua fata
 Telluris miſeri, & labantis orbis
 Sanctæ Religionis, & Ruinas
 Demiſit ſuperis parens ab aſtris,
 Rector Chriſtiadum ſagax Iuſus

☞ Facundo audiat ore diſſerentem
 Mireturque novum ſtupens leporem
 Protendatque tibi, & ſinat benignus
 Sacratas ſibi baſſare plantas

Quæ te cumque tamen tenebit ora

☞ Iberum decus Vnicum Virorum
 Doctæ & Palladis vna cura, IOANNI
 HONORATE animi mei voluptas
 Præſens mi tua, & vſque, & vſq; imago
 Obverſabitur intimis o cellis,
 Hæreſcetque mihi intimis medullis:
 Sic te Palladis vna cura IOANNI
 HONORATE libens honore, honeſtet
 Magni Carolus orbis Imperator,
 Et bonus tibi nihil neget Philippus.

Nicolaus Nicolaius Grudius Belga;

VM Tolci adellum in Concilio Provinciali, vt HONO-
 RATO IOANNIO EPISCOPO OXONIENSI morem
 G... ego vero propter rariſſas virtutes excellentes
 pus

ILLVSTRISSIMVS DON ANTO-
tonius Augustin Archiepiscopus Tarraconen-
sis in vita sui fratris Don Hieronymi
Augustin Cubicularij Im-
peratoris Caroli
Quinti.

A Micitias multorum doctorum virorum habuit in quibus
 fuit, & Romulo Amalæo, & Ludovico Vivefio, & HO-
 NORATO PRÆSERTIM IOANNIO maximè carus, &c. Ami-
 cos habuit quam plures quorum Principes fuerunt, Ferdinan-
 dus, & Alphonfus Enrichi, alter præfectus oræ Maritimæ Al-
 mirandum vocant, alter Abbas Vali. soletanus, Alphonfus A qui-
 larius, & Gomefius Figueroa fratres nobiliffimi, atque humanif-
 fimi, HONORATVS IOANNES VALENTINVS, qui bo-
 nas literas, bonis moribus, è nobilibus viris coniunxit.

AVBERTVS MIREVS DE SCRIP-
toribus Ecclesiasticis feculi 15. tom. 2. cap.
48. in vita Nicolai Grudio.

C Laris plerisque ea tempestate viris in his Achille Statio
 Ioanne Calveto Stella, & HONORATO IOANNE fa-
 miliariter utebatur.

DOCTOR VILLALPANDO IN
epistola dedicatoria lib. Conciliorum
Toletan.

C Vm Toleti adessem in Concilio Provinciali, vt HONO-
 RATO IOANNIO EPISCOPO OXOMENSI morem
 gererem cui ego vero propter raraſque virtutes excellentes qui
 bus

bus animum suum mirabiliter excoluerat, tum etiam propter insignem benevolentiam qua mecum viveret, & prosequutus, plurimum debebam.

ALVARVS GOMEZ IN LIBRO IN-

titulato publica lætitia qua Don Ioannes Martinus Siliceus Archiepiscopus Toletanus ab Schola Complutensi susceptus est anno 1546. fol. 7.

PRæmijs S. C. dati viri eruditissimi gravissimique Ludovicus Cathena Cancellarius **HONORATVS IOANNES EQVES VALENTINVS** Fernandus Mateticus Canonicus. Horum iudicia firma, rataque sunt, ad hisque nulla probatio esto.

Et fol. 134, en la carta de Ioan de Vergara a Alvar. Gomez.

Certè, vt de reliquis taceam Cancellarij vestri Ludovici Cathenæ, tam **HONORATI IOANNIS** eruditione iudicioque nihil quidquam desiderari possit vel tertius, vel exactius.

FRANCISCVS A RIBERA IN

translatione Sancti Eugenij Toletij

fol. 41.

PRæmijs decernendis Iudices S. C. dati viri clarissimi, eruditissimique Don Didacus Covarruvias Episcopus Segobienfis **DON HONORATVS IOANNES EPISCOPVS VXOMENSIS** Don Didacus Castella Toletani Templi Decanus.

Libe-

Liberam huiusmodi iurisdictionem sine provocatione retinent, qui provocaverit Rep. nostra decennio interdicitur.

Y En el folio 58. refiere la donacion que el Rey hizo del cuerpo de San Eugenio a la Santa Iglesia de Toledo estando presente el Principe, y otros señores, y Prelados Fr. Bernardo de Fresneda Confessor del Rey, y **DON HONORATO IOAN OBISPO DE OSMA** y Maestro del Principe.

LAVRENTIVS PALMYRENVS

in præfatione ad tractatum de imitatione

Ciceronis, in lib. Campi eloquentiæ

pag. 236.

AD ILLVSTRISSIMVM VIRVM

HONORATVM IVANNIVM Caroli

Hispaniarum Principis Præceptorum

torum dignissimum.



A Pparuit iam tandem **HONORATE** Vir Amplissime dies ille omnium qui à Gothicis temporibus Christianæ Reipublicæ foelicis illuxerit, longè clarissimus, in quo ab incredibili hominum frequentia exoptatum, afflictis Europæ populis insperatæ pacis nomen excipitur. A sequeuti tandem sumus pacem illâ, quâ apud Aristophanem Trygæus è puteo extrahens, tanto pere commendat, atque hanc ob causam solemnè adiecta præcatione sacra ubique peraguntur, ab ortas præ gaudio lacrymas vix continent viri togati, optimi Cives, sanctissimi Sacerdotes, Legati Regum omnium, quod hæc dies tranquillitati initium, & ærumnis finem allatura videatur. Quænam quæso aurea secula, fuisse, aut futura credas, si hæc non sunt? In quibus post fugatam pestem, quæ aliquot Hispaniæ vrbes infecerat: post superatam famem, quæ per annos aliquot ad periculum terribilis exidij micellos omnes perduxerat, Europei Reges, omni armorum genere reiecto, conquiescant. Debentur hæc omnia Maiestati tuæ, ò Philippe Rex invictissime, tuo enim singulari iudicio tuis armis, ac prudentiæ acceptæ ferimus: quod præclarè indicavit vrbs

Toleta:

*Mitæ excusa
Casarq: 560. init.*

Toletana, nam ibi primus Philippus Rex salutatus est, ac sacra-
tus inaudita superioribus seculis celebritate, frequentique proce-
rū coetu, Sacerdotio Civitatis sacris in insignibus vellato, libera-
lium artium Doctoribus ad portas opperientibus ad hæc patri-
bus in purpura Decurionibus cum vicolore veste extra portas
ac sub Urbana ædificia occurrentibus. Urbem Regiam sub sa-
cra ipse umbella intrans, exceptus est lætis faustisque hominibus,
plausuque, omni ordine, omni ætate, prosperum foelicemque in-
gressum apprecante. Quid dicam de ipsius vxore Ysabella filia
Henrici Galliarum Regis omni pulcritudinis genere instructissia-
ma, quantam hæc Cantabriæ atque adeo vniversæ Hispaniæ læ-
titiæ attulerit? Indicat Pompeiopolis Tritium, Metalum, Oli-
ba, & aliæ Navarræ Vrbes, quæ præter euntem accipiunt, vijs, vt
tempus anni fert, flore multo, felta fronde, virente herba strati,
supernæ vellis umbraculisque honestantibus, auleotum magnifi-
centia, varietateque ac picturarum, tabularumque artificio exte-
rioribus Domorum parietibus vestitis; explendidiore mulierum
è fenestris expectantium seque, expectandas præventium, cultu,
nulla lætitiæ species, nullum dignitatis exemplum, non excogita-
tum, non adhibitum.

Cum igitur gaudijs lætitiæ voluptate plena sint omnia, mirum
non erit me immortaliter hisce omnibus gaudentem aliquid sur-
pra vires aggredi, nam qui hæctenus Pilandro timidior fueram
nunc audacter difficillima quæque aggredior. Ignosce quæso
vir amplissime huic meæ audaciæ, quæ ab immensa lætitiæ pro-
ficiscitur; noveram profectò quam religiosè te tantum heroem
oporteret salutare, sed Carion Aristophanis corona ornatus die
festi libere heroem suum Chremylum alloquitur, liceat ergo
seruo tuo Palmyreno libere tecum loqui hoc tempore, quo diem
festum ob novum, & insperatum gaudium celebrat Hispania,
scio sanè quæ tibi adfero humilia esse & indigna oculis tuis: sed
præstat hoc agere quam ingrato animo esse adversus illum qui
tot in me, ac tanta beneficia contulerit; nam si a fratre tuo nobi-
lissimo, & prudentissimo cum esset Consul Valentinus, munus
illud publicè interpretandi linguas sum consecutus, totum hoc
tibi acceptum fero, nunquam enim ille hoc præbisset nisi planè
cognosceret tibi Mecœnati meo, illud gratissimum extra contro-
versiam vllam futurum: Accedit etiam, & humanitas, quæ tū alias

expertus sum, tum quotidie Ludovicus Beltranus Philosophus diligentissimus, olim noster auditor, nunc tuus à secretis, suis ad nos epistolis mirabiliter repræsentat, excitabit quoque nos totius antiquitatis indagator Hieronymus Albacarus Sacerdos in templo maximo Cæsaraugustano, commemorata tua in se benignitate. Sed quorsum tam multa congero? Non ne piaculum  esset libellum nostrum de imitatione Ciceronis, absque tuo nomine apparere; cum primus nobis Ciceronem præbueris, nam cum esses per annos aliquot cum amicis tuis Cardinalibus Sado leto, & Reginaldo Polo, Ciceroni additissimis, versatus; at mox patriam tuam Valentiam inviseres, primus auctor fuisti Laurentio Valentino Abbati, ut Ciceronem amplecteretur. Huic successit magnus ille Andræas Semperius medicus, mox eloquentiæ, & Philosophiæ Princeps, Petrus Ioannes Nunnescius, te ergo auctore hi tanti viri (atque ego homuncio cum his) Erasmus quem à præceptoribus suis acceperant ita eijcere cœperunt, ut iam Ciceronem sequantur, colant, venerentur, ut omnium Disciplinarum parentem, & Principem: Erasmus vero, & Politianum, ut inutiles repudient, oderint, detestentur. Tibi ergo iure hunc laborem dicamus, hoc est, aquas limpidissimas fonti purissimo acceptas ferimus tibi amplissime HONORATE hunc laborē maximè ob eam causam cupimus probari, ut si qui vere iudicare, aut propter imperitiā nō possunt, aut propter malevolentiam nolunt eos à consilio detrahendi tua deterreat auctoritas accipe ergo clarissime, & Illustrissime vir, qua solet benignitate nostrum hunc laborem, quem tibi dicamus tamquam testē animi grati, & accepta à te beneficia libenter agnoscentis. Nolumus autem insignes res gestas avorum tuorum Sætabensium, ut  alij solent in præfationibus commemorare, quoniam tuis præclaris corporis, atque animi dotibus quasi obscuræ redduntur: tuas autem in commentarijs in colloquia Vivis præceptoris tui copiosè prosequimur. Tu interim si hæc omnia probas, honores propemodum divinos existimabimus nos esse consecutus. Vale Cæsaraugustæ Calendis Februarij, anno M.D.LX.

Tuus Laurentius Palmÿrenus.

+ à Sanahuja
Typographo
fact. excuis,

DOCTOR MELCHIOR FVSTER IN
 Sancta Metropolitana Ecclesia Valentina Præ-
 positus, & primus Canonicus Magistralis in
 disput. de voluntate Dei in
 præfatione.

SIT pro omnibus Illustrissimus HONORATVS IOAN
 EPISCOPVS OXOMENSIS iam antea per plures annos
 vnus ex nobilissimis dynastis adstantibus Carolo V. Imperatori
 Austriaco; Maximo, & postea alterius Caroli Hispaniarum Prin-
 cipis, Philippi Secundi Prudentis Monarchæ filij Magister, quæ
 totus orbis magnis præconijs buccinatur, quem sapientes sui tem-
 poris, & mistologici dari consulebant, vt oraculum; mirabantur,
 vt virum cælitus delapsus; venerabantur, vt prodigiū scientiæ, &
 probitatis. Prorumpunt in gloriosi, & Illustrissimi viri; nec adhuc
 Pontificis insulis cingentis verticem encomia. Alfonso Garcia
 Matamoros in Academijs, & doctis viris Hispaniarum in 5. classe
 Valentinorum testantis HONORATVM IOANNEM præter
 literas Græcas, & Latinas, & eas artes, quibus liberales doctrinæ,
 & ingenuæ continent. Civili etiam prudentia vsque adeo ornatū
 extitisse (signa verba auctorum) vt nescias plus ne literæ in homi-
 ne, an morum compositio, & recta animi moderatio, formæque
 dignitas, & admiranda facundia voluerint: merito (cum Ferdi-
 nando Pintiano addens Scotus) maximo iure videtur natura
 præscia secundum Platonis cratillum tantorum eius meritorum
 HONORATI nomen summo, & incomparabili viri indidisse.

Profecuntur, & alias, egregias tanti viri. Lucius Resendius
 de antiquitatibus Lusitanix lib. 3. vbi eum prædicat virum, & na-
 talibus, & luculenta eruditione nobilem, noster celebris Valenti-
 nus Ludovicus Vives tom. 2. in præfatione ad tractat. de officio
 mariti, vbi cum prædixit futurum aliquando nostræ civitatis lu-
 men. Laurentius Palmyrenus in lib. campi eloquentiæ in præfat.
 ad tract. de imitat. Ciceronis, & HONORATO NOSTRO tri-
 buit tanquam fonti purissimo limpidissimas eloquentiæ aquas
 quæ omnia iam Typis mandata planè ostentant; quos flores
 legerint doctissimi, & gravissimi viri, vt coronando eruditissimo
 Pontificis texerunt corollas. Quid igitur DE HONORATO;
 parem dicere, leve erit Corradam eloquentiæ gazas erit inane
 accen:

accendam nitida verborum lumina? nubila a parebunt, totum si
 in summam Myrotheciam Isocraticum attingam eius laudes,
 non exhauriam. Hoc vnum non tacebo, nihil HONORATI sic
 maturam, & bene coctam sapientiam; nihil generosam, & incul-
 patam probitatem; nihil sic nitidum sanguinis splendorē, testari,
 quam post grave munus adstandi Imperatori Caroli V. desig-
 natum Principis Hispani Magistrum à Hispano Monarcha, sed
 à quo Monarcha à Philippo prudenti, qui ad talem in eligendo;
 apicem conscendit, quo paucissimi præteritorum Regum evasse-
 re; quique quorumcumque seculorum Regibus in Ministris præ-
 luxit, quem eligeret, ad filium primogenitum, vnicum hæredem
 bonis artibus, & disciplinis inbuendum; institutorem: qui atten-
 tissimè designabat. Principes ad Provincias, Prætores ad popu-
 los. Prælatos ad Ecclesias? quisque, & qualis erat HONORA-
 TVS ex hoc solo perpende, quod cum, neque tam esset his tem-
 poribus (verba sunt Alfonsi Garcia) Hispania nostra bonis, &
 eruditis vacua, & spoliata viris, vt non Academia vna Complu-
 tensis, decem possit pro vno Aristotele magnos, & incompara-
 biles Præceptores Carolo puero suppeditare: à tali Rege ad ta-
 le Magistri munus tali Principi, HONORATVS, adhuc, & staa-
 tu, & habitu secularis ex aula Regia assumtus eruditissimis om-
 nibus in Academijs sui temporis, sit Prælatus.

ILLVSTRISSIMVS DON PETRVS

de Montoia Episcopus Oxomen. in lib. statuto-
 rum Ecclesie Oxomensis in ea recondito in titulo:

Nomina Illustrium Virorum Episcopo-
 rum Oxomensis
 Ecclesie.

POST hunc successit **ILLVSTRISSIMVS DOMINVS**
HONORATVS IOANNIVS PATRICIVS VALENTI-
NVS SÆTABENSIS vir in omni disciplinarum genere periti-
 tissimus, qui ob egregia merita, & innumerabiles animi virtutes
 Caroli Secundi Hispaniarum Principis Serenissimi Magister,
 ab Inuictissimo Rege Philippo Patre deletus, huius alma Ec-
 clesie

fix Episcopus dignissimus creatus est, quem cum prudenter vigilantissimeque duos annos gubernasset eiusque utilitati, & instructioni interviret, bonorum fautor, disciplinarum Patronus, indigentium, ac miserorum praesidium, tandem obiit quarto calend. Augusti anno ab ortu Christi millesimo quingentesimo sexagesimo sexto adque huic Ecclesiae integrum Pontificalem suum ex serico albo auroque, & argento splendidissimo, donavit. Sepultus est in Capella sanctissimi Imaginis Christi Crucifixi ante altare; cuius anima in pace requiescat. Amen. 1566.

EPISTOLA ILLUSTRISSIMI, AC

Reverendissimi Cardinalis Marcelli Cervini, qui deinde fuit Pontifex Summus Marcellus II.

Al mag. co & R. do S. or il S. or HONORATO
GIO amico nostro carissimo.

MAgnifice, ac Reverende Domine. Acepi una cum litteris tuis novum Plinij librum, qui mihi cum per se carius, iucundiusque fuit, tum quod de te. Quem ego plurimum amo, ac de quo per diu nihil audiveram, ea intelligebam quae maxime volebam. Quapropter quod de libro tibi rescribam nihil aliud ferme est, nisi te humanissime, atque amantissime fecisse. Quod eum curasti tam diligenter ad nos proferendum. Illam autem partem epistolae tuae, qua te purgas de litterarum intermissione, nec nosco, nec probo. Scis enim nullas mihi posse occupationes intervenire, quae mihi tuas litteras legere impediant. Quare quod posthac huiusmodi excusatione utaris, nihil est. Praesertim cum, & nobis in novo hoc legationis nostrae munere, vel potius onere Tridentum proficiscendum sit ubi quanto longius à te ab futuri sumus, tanto magis tuas litteras desiderabimus, quas quamdiu ibi erimus (quod quantum planè esset omnino nescimus) crebriores quam adhuc fecisti expectabimus. Da operam, ut valeas. Dat. Romae x. Kal. Martij M. D. XLV.

Tuus M. Car. Sanctae Crucis.

REGINALDVS CARDINALIS PO:
 lus Legatus, HONORATO IOANNI
 S. D.

NON tu quidem reprehensione dignus es, quod antea nunquam ad me scripseris, sed laude potius quod idoneam scribendi occasionem, cum expectares, eam nunc præclarissimam nactus minimè prætermisseris. Quid enim præclariùs quam Dei populi, tanquam gregis certo salutis periculo à Pastoris obedientia abducti, salutaris ad eundem reversio. Quo te nuncio accepto, quod statim Deo gratias agere cœperis, quod gaudium tuum per litteras apud eum testari volueris, qui Christi Vicarij, Minister Deo, & Ecclesiæ, operam suam vna cum optimis his Principibus navavit, rem egisti planè dignam pietate tua, atque etiam **COGNOMINE**. Nec enim ad scribendum **HONORATVS IOANNES** digniore argumento vti potuit, quam quo Dei honor, & gratia erga suum populum maximè celebratur. Quare etsi tuæ litteræ nunquam mihi non iucundæ futuræ fuerant, tamen hinc te potissimum ad me scribendi initium cœpisse, mihi gratissimum fuit: vt illud etiam libentissimè ex tuis litteris cognovi, quod ante ex alijs acceperam tibi erudiendi Principis pueri munus à patre religiosissimo, & optimo Rege esse delatum. De quo cum tibi, tum ipsi Principi valde gratulor; tibi quod talem indolem, qualem tu describis, & omnes prædicant, tanquam vberem, & fœcundum agrum sis nactus, quem colere, & in quem, regalis doctrinæ semina cum maxima spe fructus iacere possis. Illi quod cum Doctorem habeat, qui non modo eius linguam, & eloquentiam excolere, sed pectus quoque regia arte imbuere, & possit, & studeat. Cuius cum primum præceptum sit, vt qui rectè imperare velit primum discat parere, hoc à te minimè præteriti certo sum, quod quidem etsi omni hominum generi ætatique commune sit præceptum; tamen nullis id magis, quam Regijs pueris dare convenit. Quippe cum nulla in re plus Reges inscitra peccare soleant, quam quod se putant cæteris præstare, si minus pareant idque proprius ad Regiam amplitudinem accedere, quem errorem dum tenera eorum ætas instituitur tanquã tenebras vt doctrinæ lumen discutiat, oportet: atque

que

que id ipsis planè persuadendum est, non hoc cœteris præstato-
ros si nemini, aut minus. sed si magis paruerint, Deo primum, tū
legibus, parentibus, magistris: alio tamen genere parendi, atque ij
qui servili ingenio sunt præditi: siquidem quod illi metu, hoc Re-
ges amore sponteque sua faciunt, hoc enim nullum certiùs
Regiæ indolis signum in puero esse potest: neque vllam præcep-
torum genus huic ætati magis est necessarium, in quo is quidem
quem tu erudiendum suscepisti eo plus profuere debet, quod hac
in re domesticum exemplum, idque maximè illustre Regis pa-
tris sui habet. His ergo Regiæ obedientiæ vocibus, vt semper au-
res istius Regij pueri personent, ipse pro tua virili parte (quod te
facere non dubito) curare debes. Cui si etiam veræ prudentiæ, &
fortitudinis, quæ Regum maxime propriæ sunt virtutes præcepta
instillaveris, quibus ad veram illarum cognitionem perducatur
iam quidem tuo munere egregiè perfunctus fueris. Qua de re
eo magis hac occasione sum adductus, vt loquerer; quod vt scis,
nihil est quo magis decipiantur homines, quam falsis earum vir-
tutum imaginibus. Iste vero Regius puer, si eius obedientiæ, de
qua dixi, præceptum amplexus, vel hoc solum abs te didicerit, vt
falsam prudentiam, & fortitudinem à vera distinguere possit: sa-
tis is quidem ad sustinendum Regium munus erit instructus sine
hoc autem, vt omniaq; ab omnibus scripta sunt didicisset, ac me-
moriam teneret, omnibusque naturæ donis maximè excelleret, ta-
men ad Regiam dignitatem tuendam, numquam satis erit ido-
neus. Verum de regio hoc puero præclara omnia sperare licet:
Idque in primis, vt quemadmodum ipsi est pater, sic eum cæte-
ris exemplo futurum esse earum virtutum, quæ illi Deum simul,
& hominum studia maximè conciliabunt. Quique eius impe-
rio ditionique parebunt beatos efficient quod in primis à Deo
precandum est, vale, & in erudiendo Regio isto Regiæ indolis
puero **NOMEN TVVM, COGNOMENQVE TIBI PROPO-
NE, AC SEQVERE.** Dichmondia, quarto Idus Iulij 1555.

Noi

EPISTOLA ILLUSTRISSIMI DON
IOANNIS VICH Archiepiscopi Tarra-
conensis.

IOANNES VICH HONORATO IOAN-
NI Principis nostri Institutore dignif-
simo S. P. D.

Du mecum cogitavi (Vir Ornatissime) an ad te litteras dare
nam dum manus operi admoveere vellem, in ambigua ani-
mus trahebatur nec quo se impelleret assequi certo peteram. Ve-
rebar namque, ne meo, hoc est hominis parum exercitati ser-
mone nullo nitore illustrato, nullisque ornamentis culto, aut sty-
li ruditate, aures tuas optimis quibusque scriptoribus assuetas of-
fenderem. Sicque merito temeritatis summæ, vel audaciæ iudi-
cium subirem, quod non his præfidijs, quibus me ad hoc munus
obeundum instructum esse oportebat illud sponte susceperim.
Quæ certè omnia meos conatus vehementer refererunt, & quo-
minus hoc officium præstare hætenus retardarunt. Sed post-
quam animum istum tuum mansuetudinis, ac lenitatis plenum
communi omnium consensu in memoriam revocarem, quo non
solum notos, & familiares, verum prorsus ignotos excipere so-
les, metum hunc excutere, ac timorem expellere non dubitavi.
Quod si tandem aliqua ratione molestus, aut audax esse videar
Carminè illo Euripidis, qui in Andromache vitur, me tuebor.

ΝΕΟΤΗΣ ἔπ' ἡρε κ' ἕρος τὸ νοῦ πλέον.

Sed spero te pro tua ingenij benignitate, ac in Valentinus amore
æqui bonique hoc officium consulturum, quum hoc solum con-
silio à me præstetur, ut in testimonium amoris in te mei sit. Sed
ne longius quam par est, mea progrediatur oratio, aut in vitium
prolixitatis, quod mihi maxime cavendum esse existimo sensim
incidam, tum ne tua, quæ serio tractas negotia literis meis inter-
pellare videar, tum; & ut in hac parte meis commodia cõsulam,
ne in longo cursu sæptus offendendum sit. Iam tibi quem vnice
amare debeo parentum meorum vestigijs insistens, rationem
meorum studiorum, meique consilij reddere non dubitabo, propa-
terquam optimum esse iudicaverim, me in hac totius orbis præ-
claris-

*Factu Tarracon.
Anist. anno
1604. ubi ex-
ceit 1611.*

*Salmantica
anno 1558.*

clarissimam Salmanticae Academiam conferre. Principio cum ab inheunte ætate, ac teneris annis iam me natura ad literarum studia vocaret, & si difficile, ac laboriosum opus offerret ardua- que viam ingrediendam proponeret, Græcorum illud memo- ria repetens *καλεῖται γαλαλα*, ac certo sciens in magnis voluisse sat esse, statui naturæ huic meæ, stimulis quibusdam impellenti, & quod maius est ad honesta excitanti nulla ratione resistere, sed potius huiusmodi impulsibus assentiri. Sicque animum continuo ad iunxi meum ad utrumque sermonem comparandum, Latini- num scilicet, & Græcum, quod Cicerone optimo, & loquendi ac sentiendi magistro cōsulente, qua potui diligentia præstiti. Existi- mabat enim eloquentiæ parens id quod præstantissimi alij viri fenserunt, linguarum peritiam maximum hominibus litterarum amatoribus afferre adiumentum, ut verum, ac liberum de rebus iudicium ferre possint, ne aliena fide vivendum illis sit hoc est eo- rum, qui scriptores propria, ac genuina lingua loquentes in diver- sum idioma transferre conati sunt. Quorū multi adeo immuta- ti post translationem apparent, ut eisdem esse plane non iudica- veris (quod tu in multis expertus es, qui utramque linguam non secus ac maternam nosti) tanta est uniuscuiusque idiomatis pro- prietas, & latens energia. Sed ne ab instituto longius digrediar, pergam, ut cœpi.

Postquam aliquot tempus in his comparandis consumpsi, va- ria Latinorum, opera qui carmine, & soluta oratione scripserūt, cum Græcis conferendo, ut ex hac diligenti observatione sin- gulorum inducendo proprietatem, variaque loquendi genera possem deprehendere, totum me ad oratoris artis exercitatio- nem transtuli quæ sola in ornatu orationis, illustrandaque elocu- tione varijs troporum, ac figurarum generibus versatur. Efficit- que, ut de facundo Oratore illud Heliodi verè pronuntietur. *γλωσσῆς τοῖς θεσσαυροῖς ἐν ἀνθρώποις ἄριστος*. Ad hæc animadvertens Rhetoricam facultatem, simul & Dialecticam, (quas tam affines sensuit Aristoteles ad Theodectem scribens ut dicat *ἡ ρητορικὴ ἐστὶν ἀντίρροπος τῇ διαλεκτικῇ* &c.) ministras, & comites Philoso- phiæ esse, & per se inutiles nisi cum ea coniungantur. E cuius me- dijs spatijs rerum tractandarum materiam petere solent, consti- tui in Philosophorum dogmata incumbere, quorum studium tantæ iucunditatis esse solet, ut Philosophantium animos, ea ra-
tione

tione rapiat, & ad se trahat, vt nullis alijs rebus intentos esse patia-
 tur. Philosophia namque non solum ea que sensibus nostris pro-
 xime subiecta sunt, aut quæ in medijs terræ viceribus latent, no-
 vit, docet, & rimatur, verum quæ longe à nobis absunt (syderum,
 & coelorum celeres motus, difficiles causas, variosque effectus
 perscrutatur, quo fit vt iure optimo *Æsiodus* libro 3. & *Poeta-
 rum, ac Philosophorum* facile Princeps *Homerus* in *Odisea*
ἄλφεισας homines appellet. His denique studijs, qua potui dili-
 gentia absolutis ad graviora properandum esse existimavi, hoc
 est ad ea quæ non de his rebus disputant ortui, & interitu obno-
 xijs, ac quæ in perpetua mutatione, & fluxu versantur, sed ea po-
 tissimum tractant que immutabili ratione in eodem statu sem-
 per permanent. Quarum cognitio Theologia quod de Deo
Op. Ma. fit appellatur. Sacrarumque literarum studium quod
 in sola foelicitate æterna cernitur positum, ad quam tanquam
 vltimum finem, actiones hominũ docet certo dirigere. Ad hanc
 tamen facultatem exercendam (vt ingenuè fatear) quum pri-
 mum accessi subiecti claritate, & magnitudine perspecta, inge-
 nium debile, & infirmum continuo vehementi timore percussum
 omnino fuit. A deo, vt anceps dubitationique hærens suspensus
 animus existeret. Num tutius foret hæc studia tanquam gravia
 relinquere, aut eadem deposito metu alacriter suscipere. Quo-
 rum alterum ignobilem timidumque animum manifesto decla-
 rabat: quem *Euripides* maximè reprehendere hac ratione soli-
 tus fuit *ἀνέρος δὲ ἄφειον δειλὸν κεκλήσθαι*, alterum vero eundem ma-
 gis audacem, & ingenium representat, quod difficilia tentet,
 & ardua agrediatur. Nam vt *Pindarus* scriptum reliquit
ομέγας δὲ κίνδωτος ἀνακινῶ φῶτα λαμβάνει ex quibus tandem collegi
 laudabilius multo, & honestius esse, in re præsertim sublimi nullis
 vigilijs, atque laboribus parcendo aliquid audere, quam trepide
 receptui canere. Ad quod *Euripides* eleganter adhortatur, &
 excitat. *τολμᾶν δὲ Χρῆσθαι ὅ γὰρ ἐν κινδῶνι μολῶν πάλιν
 εὐδαιμονίαν τίηται θνητοῖσι τελευτῶν*
 Sic igitur, vt Theologiam mihi compararem in nostra Acade-
 mia Valentina in qua linguarum cognitio, & omnium discipli-
 narum genera præclare docentur, & florent hæctenus versatus
 sum. Et intra privatos etiam parietes Sacris Biblijs, quaestionibus-
 que

Sabentia

que scholasticis, quantum in me fuit studere nunquam destiti. Nunc vero dum iam ætas patitur, & per parentes integrum fuit, postquam Valentiæ nostræ deploranda incommoda, & ægritudines miseratione divina cessarunt. (nam in illis temporum angustijs eorum confortium deserere impium plane fore existimabam) nunc inquam statui relictis patriæ delitijs, quibus nostrorū hominum ingenia, ut tu probe nosti allici vehementer solent, & veluti retibus quibusdam illaqueari, cœlum mutare, & sponte in exilium mitti, varijs rationibus ad hoc impulsus quarum hæc prima cōtinuo sese obtulit, ut maior scilicet ac liberior mihi daretur occasio (quod semper in votis fuit) incohata hæc studia mea augendi, quod certe non sine exemplo multorum nostræ tempestatis, & gravissimorum Philosophorum, factum fuit, qui dum iudicarent in patria familiarique domo, vera quiete, & tranquillitate frui nulla ratione posse exules vltro esse decreverint ut facilius Philosophandi locus illis concederetur sic Aristotelem Stagiras Theophrastum Ephelum, Statneum, Lampfacum, Gliconem Troadem, ac plerosque alios patriam, nataleque solum reliquisse legimus. Quid quod per multis exteris nationes adire utile fuisse, quo res omnes ex animi sententia contingerent pari etiam ratione scriptum deprehendimus, ut de Ulyse post naufragium apud Phœacas, ignotos homines, de Themistode apud Persas, idem ferè de Dione Ciraculano à Dionysio tyranno patria pulso scriptum legimus. Sed horum omnium, aliorumque testimonijs relictis, quæ tibi satis cognita sunt, finem iam huic meæ epistolæ imponā, ne in Morationē degenerare videatur, diutiusque te literis his meis nullo servato ordine compactis detineam. Hæc summa totius antea actæ vitæ meæ fuit. **QUAM TIBI HISPANORVM ORNAMENTO, ET VALENTINORVM PATRONO** ut par est commemorare placuit, Nunc solum illud restat, ut meam operam post hac in tui obsequium polliceār, quā multo iam tempore parentes mei polliciti sunt, idemque Lodovicus frater effecit, tibi quantum ex ipsius literis colligere possam addidissimus. Qui Reges Carolum Quintum vita iam functum, & Philippū eius filium nostris tēporibus foeliciter imperantē, bello, & pace non sine laude secutus est. De cætero spero te brevi visurū quum primū per tēpus, & aliquot negotia licebit, quæ solent novos homines in aliena vrbe, novum vitæ, & habitationis genus parantes impedire. Vale.

* Petis ann.
1556. ~.

* Hinc, Epistola
scripta est
anno eodem
quo excessit
Carolus V. qui
obit 21. Sept.
ann. 1558. &

+ Is fuit Commēd.
Montsalvani, pat.
Præfex Majoric.

DOC.

DOCTOR THERENTIANVS FOLCH

Sanctæ Metropolitanæ Ecclesiæ Valentiniæ Præpositus, & Vespertinæ Canonum Cathedræ Moderator in lectura; sive tractatu de Præben- dis, & Dignitatibus cap. 4. num. 64.

EX qua Concilij dispositione aperte colligitur strictissime prohibitam esse longiorem absentiam. Hoc tamen non obstante Pius V. literis Apostolicis datis Romæ die 13. Martij 1566. Pontificatus sui anno 1. super huiusmodi residentia dispensavit, indulgitque Illustrissimo, Reverendissimo, ac Eruditissimo viro Domino DON HONORATO IOANNI Episcopo Oxoniensi, Præceptori Caroli Hispaniarum Principis, vt posset à sua Ecclesia, & Diocesi abesse singulis annis per se mestrē cōtinuo aut interrupte computandum. Quæ gratia publica utilitate sic postulante fuit concessa, vt ex tenore Bullæ in originali legi. Ita ac sperantes quod tu apud ipsum Principem aliquibus anni mensibus agendo illique prudentia, fide, & paterna charitate, vt hactenus solitus es, assistendo non parum Reipublicæ Christianæ es profuturus.

Fuit hic Illustrissimus vir Valentinus ex nobilissima, & clarissima familia IOANNIVM. Cuius quasi per indicem nonnulla encomia (integra enim iure sibi vendicabant volumina) posteris scripta relinquerunt alijs operibus inter texa quadraginta gravissimi diversarum nationum auctores. Quod quia Illustrissimus DON HONORATVS, ex suis doctissimis elucubrationibus nullam Typis mandavit, super qua posset ab alijs auctoribus citari, & incidenter laudari, mehercule mirabile est, & ipsum suæ tempestatis celeberrimorum hominum numero atscriptū fuisse, fortissimum argumentum.

1522

1522

1522

DOC

NO

Nobilissimo simul ac doctissimo iuveni Domino
HONORATO IVANNIO Hispano.

Lovanij.

VALDAVRA. DOMINO HONORATO.

*De Civit. Dei.
pag. 167. 272.*

ET si non dubitem meas literas fore hoc tempore minus gra-
tas cum sis alijs in rebus occupatior, quam vt liceat imo li-
beat meas ineptias legere; tum etiam, nunc verear mea infusa gar-
rulitate dulcedinem illam, quam ex lectione epistolæ domini mei
accepisti infecturam, quare hæsitabam num aliquid in præsen-
tiarum ad te scriberem, tamen quia non video me posse aliter
mutuo nostro amoris satisfacere, quin tanto tempore saltem ali-
quid de meis rebus ad scribam, volui, vt minus tibi molestus es-
sem, quam brevissimè recum agere, nam tu ex proluxa illa domi-
ni Vives epistola maximam mearum rerum partem intelliges;
aliud nihil superest, quam me Christo propitio meum iter Pari-
sienſe, vt cogito, ante dies octo iturum. Vale, & me redama, do-
minum Maluendam Benedictum, & Stracellium meo nomine
salutabis. Brugis 21. Novembris 1529.

Ludovici Vives.

LVCIO MARINEO SICVLO DE

los varones Ilustres de España fol. 249. y

fol. 250. en la impresion de Alcala

año 1530.

MAs Ioan Luis Vives natural de la Ciudad de Valencia en
qualquier genero de ciencia doctissimo, no veo a quien de-
va dar ventaja por muy docto que fuesse, porque qual sea en to-
das dotrinas, es testimonio Erasmo en sus escrituras, y tambien
sus propias obras, que ha escrito muy famosas. Gran nombre es
tambien, y gran dotrina la que se suena de otro Valenciano, que
se dize Andres Estraneo, cuyas obras (que no son aqui publica-
das) son avidas por maravillosas de sus familiares, y Varones
muy doctos, dizen demas desto que es varon Estoico, de tantas
costumbres, y vida muy honesta. Mas a estos dos varones Va-
lencianos que hemos nombrado, HONORATO IVAN

L

MAN.

MANCEBO MUY NOBLE, con grande estudio de día, y de noche trabaja, seguialos, y si fuere posible alcançarlos.

ALVARO NUÑEZ CABEZA DE
Vaca, en la dedicatoria de los Comentarios
del descubrimiento de el rio
de la plata:

ENcomendado á dos tan singulares artifices: como D. Antonio de Roxas, vuestro ayo, y Mayordomo mayor, y HONORATO IVAN vuestro Maestro, escogidos ambos para sus officios, por manos del Emperador y Rey Principe (nuestros señores) entre todos los sabios y Cavalleros de sus Reynos, con tanta diligencia, cuydado, y tiempo como sus Magestades devian tener en elegir personas tan suficientes, como para encomendarles la persona Real, criança, y enseñamiento de el mayor successor de la tierra eran menester; porque Don Antonio de Roxas y Velasco, demas de su muy antiguo, y muy illustre linage (que tan grande ornamento es para los que estan tan cerca de los Reyes) su grande Christiandad, prudencia, modestia, y experiencia en el servicio de las casas y personas Reales, con todas las otras virtudes, y gracias que son necessarias en Cavallero a quien tan importante negocio se encomendò; y la larga experiencia que sus Magestades, de su persona y costumbres tenian por aver servido tanto tiempo en officio de tanta calidad, al Rey Principe vuestro padre, y la buena cuenta que siempre de todo ha dado: Constrinieron a su Magestad a q̄ le apartasse de si, y le encargesse la criança de su hijo: Con el mismo zelo eligieron sus Magestades a HONORATO IVAN a quien encomendarõ el enseñamiento y erudicion de V.A. por tener conocida su mucha Christiandad, virtud y letras de los muchos años, que en sus casas Reales ha servido, y particularmente el Rey Principe nuestro señor en sus estudios; el qual despues de ser Cavallero muy conocido del antiguo linage de los Iuanes de Xativa, y de tener grande cumplimiento de bienes naturales: su ciencia en todo genero de letras, es tanta, y tan rara, que todos los verdaderamente doctos de este tiempo, Italianos, Alemanes, Franceses, Flamencos, Ingleses, y Españoles admirados han:

han dado testimonio de su muy peregrino ingenio, y de el mucho y hondo conocimiento, que en los Autores Griegos, y Latinos, y en la Filosofia natural y moral, y diciplinas Matematicas tiene: en todas las quales, como si las huviera aprendido en el tiempo de los antiguos (que ellas mas florecieron) satisface escribiendo, y hablando en ellas con la sinceridad de el estilo de los antiguos, a las particularidades, que solo en aquel tiempo, y de aquellos sus singulares Autores le podian satisfacer con tanta llaneza y perspicuidad, que los que le oyen, si saben las ciencias van satisfechos, y sino las saben, las entienden, como si fuesen cosas muy vulgares, y llanas, y de entre manos; Por lo qual su conversacion es de grande gusto, y vtilidad para todos los que le oyen, y muy abundantes de exemplos, y de grande erudicion; porque hablando familiarmente trae cosas de Autores muy aclaradas, que en ellos eran muy dificultosas; y no menos ciencia que esta tiene en los negocios humanos, en los quales por ser muy prudente, vta de la substancia de las letras, sin que ellas parezcan; todo lo qual V. A. experimentará en sus estudios, y ya se comienza a ver en su aprovechamiento: y assi libre de la dificultad, y aspereza de los principios por ser enseñado por Maestro de tantas letras, prudencia, y juyzio) llegará facil, y suavemente al colmo de la Christiandad, y ciencias, que su docil y excelente ingenio va, y sus Magestades desean, y estos Reynos han menester: Tales personas como estas, y de tales dotes de ingenio, y animo, convenia que Dios diese en el tiempo que dio a V. A. para que guiasen su persona, y anima, y le compusiesen, y ordenassen de claras, y eternas virtudes, &c.

Y en la fin de dicha dedicatoria dize:

Y Esto es lo que principalmente aconsejan, y enseñan a V. A. su ayo, y Maestro (con la grande conformidad, que en Christiandad, virtud, y amistad, siempre tuvieron) quando le crió, y instituyen con preceptos de Christiandad, Cavalleria, y Filosofia, porque saben que los que administraron sus Reynos con estas tan figuras, firmes, y perperuas fuerças, de muy angostos: los dexaron muy anchos, y de muy sospechosos, muy seguros, y de muy mudables muy firmes, y de muy varios, muy constantes y perma-

y permanentes. y finalmente de Reyes mortales se hizieron
 inmortales.

MARTIN DE VICIANA EN LA

chronica de Valencia 3. parte

fol. 125.

ENbarcose el Serenissimo Principe Dō Phelipe a 2. de No-
 viembre año 1548. en el puerto de Rolas de Cataluña &
 en esta jornada le sirvieron, y acompañaron los Cavalleros Va-
 lencianos que se siguen, HONORATO IOAN, Don Gero-
 nimo de Cabanilles, Don Ioan Aguilon, Don Miguel Sano-
 guera; Don Pedro de Quintana, don Geronimo Escriva, Don
 Miguel de Vallterra, Don Christoval Ferollet, Don Iayme
 Centellas, Don Miguel de Moncada, Don Luis Vique, y otros
 muchos.

EL MESMO MARTIN DE VICIA-

ne en la 3. parte de la chronica de Valencia,

titulo de las Iglesias de Xativa

fol. 159.

MAs ay otra capilla so titulo de los Santos Ioan Bautista
 y Ioan Evangelista con propia sepultura de la familia de
 Ioan de la qual es Patron, y CABEZA PRINCIPAL DE LA
 FAMILIA EL REVERENDISSIMO HONORATO IOAN
 OBISPO DE OSMA, y Maestro del Serenissimo Dō Carlos
 de Austria Principe de las Españas. A esta capilla constituyò
 buena renta Mosen Phelipe Ioan Camarero que fue del Papa
 Alexandro, y en cuyo servicio murió.

EL MESMO MARTIN DE VICIA-

na en dicha 3. parte fol. 162.

Y Especialmente por los buenos hijos que ha producido, por
 que de Xativa procedieron el Papa Calixto Tercero antes
 nombrado Rodrigo de Borja fue eleito a 13. de Agosto de 1503.

Don

Don Pedro de Serra Cardenal de Catania, Don Francisco de Borja Cardenal de Cosensa Camarero, y Tesorero del Papa Alexandro, Don Iayme Casanova Cardenal del Monte Celio, Mosen Phelipe Ioan Camarero del Papa Alexádro, DON HONORATO IOAN MAESTRO DEL PRINCIPE DE ESPAÑA, y OBISPO DE OSMA, Don Francisco de Borja Obispo de Eiano, y muchos otros Ilustres Varones en ciencias, y armas, y de juyzios muy delicados.

DON LVIS ZAPATA EN EL CAR

los famoso canto 38. estancia 16.

NI a ti HONORATO IOAN dexo en olvido
Cavallero doctissimo en nuestra era,

Ni al Marques de las Navas que corrido
Ha bien, el y su hermano su carrera,
O, como esta mi historia a haver caido
En manos de estos Taus clara fuera
Fue azar caer en ellos, como veo,
La habilidad, y en mi solo el desseo.

EL MESMO DON LVIS ZAPATA

en el canto 45.

Y Don Carlos de Leyva, y Ioan Bautista
Gastaldo alli venian famolamente
Cierto en mucho mas que la conquista
De Argel, tengo el dezir de tanta gente
Entre HONORATO IOAN en esta lista
Aunque està agora en trage diferente
Y el que se metio frayle, o se lo sano
Que del Duque de Bexar era hermano.

EL SECRETARIO DIEGO GRACIAN

en la Historia de Tucídides de lengua Griega en Castellana, en la dedicatoria al Serenísimo Principe Don Carlos.

Y En la doctrina de las buenas letras tan buena oportunidad en nuestros tiempos qual no pudiera desearse mejor teniendo por Maestro al Obispo de Osma HONORATO IOAN Varon prudente, y señalado en virtudes, y en ciencia, y doctrina como saben los que le conocen, y conuerían, e yo entre otros de muchos años a esta parte desde aquel tiempo que juntamente estudiamos en la Vniversidad de Lovaina en Flandes.

IOAN PEREZ DE CASTRO CRONISTA

de Castilla en sus obras impressas, en vna carta escrita a Geronimo Zurita, su fecha en Bruselas a 24. de Março año 1558.

DE el SEÑOR HONORATO IOAN todo es verdad quanto v. merced escribe, y nunca hombre de sus partes ha estado en su cargo despues que ay Reyes en España cierto yo trabajo quanto puedo, y quisiera poder mas para servirle pero recibira mi buena voluntad, sino se hiziere quanto yo deseo.

LVIS CABRERA DE CORDOVA

en la historia del Rey Don Felipe II.

lib. i. cap. 4.

EN Valladolid puso caía al Infante Don Carlos, y diole por Ayo, y Mayordomo mayor a D. Antonio de Roxas Sumiller de Corps, y por Gentilshombres de su Camara a los Condes de Lerma, y Gelves, al Marques de Tavera, y a Don Luis Portocarrero, y por Maestro a HONORATO IOAN Cavallero Valenciano docto.

EL

EL MESMO LVIS CABRERA DE
Cordova en la historia del Rey Don Phe-
lipe Segundo lib. 8. cap. 5.

Pareciendo mortal la dolencia del Principe Don Carlos, pidieron los Ministros al Rey le viese, y bendixese antes de su muerte, consultada con su Confessor Fray Diego de Chaves, y el Maestro de su Alteza HONORATO IOAN ELETTO OBISPO DE CARTAGENA, dixerón estava dispuesto para bien morir, y le podria inquietar la vista de su padre.

ALFONSO VLLOA EN LA VIDA
de Carlos Quinto, lib. 4. fol. 243.

ET quantunque era grande lo stato è posanza della Regal-
cassa del Principe con tãta compagnia di Baroni, & signori,
non era di minor cõsideracione, & stima il numero degli hu-
omini illustri che nella sua Corte, è seruicio viueuano, così excelen-
te omni vno nella sua faculta quanto al mondo se poteuano tro-
uare: non parliamo de militari: conciosa che mai Principe non gli
cauo del suo Regno piu principali, & signalati di quel cherano,
questi: ma di alcuni Cauallieri, & persone per illoro ingenno let-
tere, è suficiencia celebrati, de quali vogliamo qui farne alcuna
mencione. Nella Teologia lo seguiron Don Pietro di Castro
Vescouo di Salamãca, Capellano maiori di sua Altezza. Nella
Iurisprudencia, & ius Ciuile il Doctor Scudero Consigliero del
Imperator huomo integro, & di singular bonta, prudẽza, & in-
gegno, il quale mori poi à Igualada in Spagna i anno MDL. tor-
nando col Principe di Fiandra: il Doctor Michele Terza Re-
gente di Catalogna, nel supremo Consiglio della Corona di
Aragone: il Doctor Francesco Minciaca che fu Giudice, &
Pretor della Corte dell Imperatore, & del Consiglio del Prin-
cipe: in diuersita di lingue, & buone lettere HONORATO GIO-
VANI nobili Valentino, &c.

Fu datta à Monsignor Poggio Legato del Papa vna galea,
embarcaronse con lui HONORATO GIOVANI Don Ga-
briel Zapata, y Don Lope Zapata:

IVAN

IVAN CHRISTOVAL CALVETE

Estrella en la historia del viage del Príncipe Don Felipe lib. 1. fol. 5. y 6.

Sino de algunos Cavalleros y personas por su ingenio, letras, y habilidad celebrados, de que quiero hazer aquí alguna mencion, &c. En variedad de lenguas y buenas letras **HONORATO IVAN** Cavallero Valenciano.

Diose al Obispo de Tropea, D. Iuan Poggio Nuncio Apostolico, vna galera, embarcaronle con el **HONORATO IVAN**, Don Grabiél Zapata, y Don Lope Zapata.

Gaspar Escolano tom. 1. lib. 4. de la historia de Valencia cap. 17. n. 5.

Tvo curiosidad vna vez el Principe Don Carlos hijo primogenito del Rey Don Phelipe el Segundo de juntar vna lista vniversal de todos los linages de Cavalleros que vivian en sus Estados, y contando a cierto numero de hombres en cada casada presumió de poder saber la suma así en confuso de cuántos Cavalleros le podian acudir para vna jornada.

Enterado de su deseo su Maestro el Doctissimo Valenciano **DON HONORATO IOAN** parecióle encargar de este trabajo a otro Cavallero de Valéciano llamado **Dō Miguel de Castellvi**, el qual muy de proposito escribió vn libro de los escudos, armas, devifas, y sellos.

GASPAR ESCOLANO EN LA HISTORIA DE VALENCIA part. 1. lib. 5. cap. vltimo.

Y pues nos hallamos en la reseña de los Santos hijos naturales de Valencia, no será fuera de el, q̄ por remate de este capítulo, la hagamos de otros insignes varones, que tuvieron su nacimiento en ella, y muy honrado lugar entre los de la fama, llegaron en la facultad de Teologia, y Filosofia a merecerla muy grande el Obispo de Tortosa **Dō Iuan Bautista Cardona**, el de Oisma **Don HONORATO IVAN**, y el de Segorve **Dō Iuan Perez**, &c.

Y en

Y en la parte 2. lib. 9. cap. 22.

DE estos fueron Don ^{lfo n lo} Antonio de Borja Obispo de Valencia, que despues fue coronado Sumo Pontifice, y se llamó Calixto Tercero, Don HONORATO IVAN consumado varon en letras divinas, y humanas, Maestro del Principe Don Carlos (hijo del Rey Felipe Segundo de este nombre en España) Obispo de Osma.

Y en la mesma segunda parte lib. 10. cap. 29.

EL doctissimo HONORATO IVAN Obispo de Osma; y Maestro del Principe Don Carlos, hijo del Rey Felipe Segundo, el tiempo que tuvo a su cargo la criança, y doctrina del dicho Principe, a horas de entretenimiento leía el libro de Ausias March por el mas sutil de los escritos en España, y le preciava de declararle en Castellano a muchos curiosos Cortesanos que acudian a oyrle, y porque la aspereza de los vocablos lemosines incognitos no les azedasse el gusto, hizo vn abecedario de ellos, bolviendolos de Lemosin en Castellano.

GERONIMO DE QVINTANA EN

la historia de la antigüedad, Nobleza,

y Grandeza lib. 3. cap. 51.

CONocióse ser mortal el mal, temerosos desto algunos Ministros pidierõ a su Magestad le viesse, y echasse su bendición antes que muriese, consultose si convenia con su Confesor fray Diego de Chaves, y el Maestro de su Alteza HONORATO IOAN ELETO OBISPO DE CARTAGENA: y respondieron estava el Principe bien dispuesto para morir, como tan Catolico, y le podria inquietar la vista de su padre, y hablarle recibirian mas dolor ambos, y aprovecharia muy poco a todos.

N

GE:

GERONIMO DE CONTRERAS

Cronista del Rey Don Phelipe II. en el libro
dechado de varios fujetos, en el fuge-
to 5. del trabajo.

